

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitum

**Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp
Gerhard, Johann**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617681

Caput XL. Continens Historiam, Quae Altera Die Post Sabbathum Illud
Contigit, Marci. I. Lucae. 4.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18203

sed ut ex illa plenitudine misera nostra natura, per communicationem, ea, quæ ad salutem necessaria sunt, acciperet. Instituit talēm quasi permutatiōnēm: Infirmitates nostras volens, sine peccato, assumit: peccata & pœnas peccatorum portavit, ut nos ita à malis & miseriis sublevaret & exoneraret. Vicissim verò vitam, quæ in carne ipsius resedit, nobis communicat. Hæc verò salutaris permutatio, pulcherrimè ostenditur & quasi depingitur impositione manuum Christi. illa enim substantia per se, ut sine peccato, ita etiam sine pœnis peccatorum est: attingens autem nostræ miserae carni substantiam, in qua & peccatum & ipsa mors habitat, illa in se transfert, non ut illis inquinetur, sed ut ea expiat & tollat. Rursus verò, si substantia carni Christi, Divinitatis thesauris ditata, perse maneret, & à nobis separata & avulsa esset, tunc vita, quam in se ipso, quia Filius hominis est, habet, Joh. 5.v.26. nobis nihil prodest. Artingit igitur nostram misere corruptam substantiam, apprehendit arctissimè, conjungit se, ut unum fiat cum ea, ut illa vita habitans in carne Christi derivetur in nos. Quomodo verò illud fiat in ministerio Verbi & Sacramentorum, alibi explicatur. Impositio verò manuum Christi, hujus rei externa ostensio fuit. Postea enim habebimus locum de virtute exente à corpore Christi, Luc. 6.v.19. Atque ita impletur permutatio illa, quæ apud Esaiam descripta est: (*Nostras infirmitates ipse portat;*) & rursum: (*Nos ejus livore sanamus.*) Verba autē ἔλαται & ἐβασανεῖ, hoc loco de morbis ita intelligenda sunt, non quod hujusmodi morbis Christi corpus conflictatum fuerit: sed quod curando ægrotos sublevarit, & morbos abstulerit ab ipsis. Sicut Paulus dicit: alterius onera portate, Gal. 6.v.2. De Esiae verò verbis diximus Johan. 1.

Quæ verò adduntur de confessione dæmonum, & quod Filius Dei noluit iis permittere, ut hanc confessionem sonarent, Paulo antè explicata sunt. Et quod antea Jesus appellatus fuit sanctus Dei, hoc loco explicatur, quod appellatur (*Messias*) seu (*Christus Filius Dei.*) Haec enim usitata tunc appellations fuerunt Messiae. Et sicut in Græco additur articulus: ita Syrus addit in fine γ, δρα, quo grande mysterium significari dicunt. Hoc igitur discrimen, quod Evangelistæ monstrarunt, nunc tantum considerandum est, quod scilicet ægrotos impositione manuum sanavit: dæmonia verò, sicut Matthæus inquit, Verbo ejecit. Est autem hujus observationis generalis doctrina. Christum, ad exhibitionem bonitatis & potentiae suæ in corporalibus beneficiis, liberè uti, quibus ipsis visum fuerit mediis, quibus tamen virtutem suam non ita alligatam esse voluit, ut non vel alio modo, vel etiam sine mediis, possit benignè & potenter juvare. Imò studiosè hoc loco ordinem, sicut rationi videtur, invertit. Ad expulsionem enim dæmonum, quod certè miraculum est majoris virtutis, solum Verbum adhibet: ad curandos verò morbos corporis, quod in comparatione prioris minus est, non Verbo tantum utitur, sed singulis ægrotantium manus suas imponit. Veteres hoc discrimen ab Evangelistis notatum, ita explicant, miracula Christi ad duo ordinata sunt: 1. Ad ostensionem Divinitatis corporaliter inhabitantis in Christo: & ideo adhibita impositione manuum sanavit. 2. Ordinata sunt ad confirmationem verbi & doctrinæ Christi: ideo ad ostendendam ejus virtutem, maiestatem & efficaciam, Verbo eicit dæmonia, & suscitavit mortuos: ut disceremus, Verbum Christi habere virtutem contra diabolum & mortem, si fide apprehendatur.

C A P U T X L .

CONTINENS HISTORIAM, QUÆ ALTERA DIE
POST SABBATUM
MARCI. I.R A T I O
O R D I N I S.

Mattheus c. 8.v.18. à præcedenti vespera mox digreditur ad transfretationem in terram Gergesenum, quam immediatè post vespere illam secutam esse Marci & Luca descriptiones nequaquam admittunt. Post descriptionem enim vespere illius Marcus subjungit: (*Et mane multa adhuc nocte.*) Lucas verò post vespere descriptionem mox subjicit: (*Falso autem die.*) Et trans-

fretationem illam, Marcus disertè scribit, factam vespere illius diei, quando per multas parabolas Christus docuit. Et factam propter turbas, non quæ ad domum Simonis, sed quæ ad mare congregata erant, Marc. 4.v.35. Manifestum igitur est, in Harmonia illum ordinem sequendum, quem hoc loco Marcus & Lucas consentienti descriptione monstrant.

HISTORIA, QUÆ PRÆCEDENS SABBATUM PROXIME SECUTA EST,

MARC. I.

35. Καὶ προὶ ἔννυχον τὰς αὐγαστὰς, ἐπῆρε καὶ αὐτὸν οὐδὲ εἰς ἔρημον τόπον, κακοὶ προσηύχετο.
36. Καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ Σίμων, τῷ οἱ μετ' αὐτῷ.
37. Καὶ εὑρότες αὐτὸν, λέγοσιν αὐτῷ ὅτι πάντες ἤγειρον.
38. Καὶ λέγει αὐτοῖς ἀγωγεύει τοὺς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, ἵνα κακοὶ πυρίζοι εἰς τύπον γαρ εἴσεληνθάσι.

35. Et mandat multa adhuc nocte cum surrexisset, egressus est: & abiit Jesus in desertum locum, ibique orabat.
36. Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant.
37. Et cum invenerissent eum, dicunt ei: Omnes te querunt.
38. Et ait illis: Eamus in proximos viros, ut ibi predicem, in hoc enim egressus sum.

LUC. 4.

42. Γενομένης δὲ ἡμέρας ἐξελθόν ἐπορεύθη εἰς Ἰριμον τόπον,
καὶ οἱ ὄχλοι ἔκπουν αὐτὸν καὶ ἤλθον ἔως αὐτὸς ἢ κα-
τέχον αὐτὸν, τῷ μὴ πορευεσθαι ἀπὸ αὐτῶν.
43. Οὐδὲ ἑπεὶ πρὸς αὐτὸς ἦταν ταῖς ἐπέραις πόλεσιν ἐναγγή-
λισθαι με δῆ τὸ βασιλεῖα τὸ Θεός ἐτί εἰς τόπο αὐτὸς
ταχαί.
42. Facto autem die egressus ibat in desertum locum,
et turba querebant eum, et venerunt usq; ad
ipsum: et detinebant illum, ne discederet ab eis.
Quibus ille ait: Et alii civitatibus oportet me
evangelizare regnum Dei: Nam in hoc missus
sum.
43. Quibus ille ait: Et alii civitatibus oportet me
evangelizare regnum Dei: Nam in hoc missus
sum.

HARMONIA HUJUS HISTORIÆ, EX DESCRIPTIO-
NIBUS MARC. I. LUCÆ 4. IN UNUM COR-
PUS COAGIMENTATA.

b Καὶ πρῶτη, ἐννυχον λιαν ἀναστές, εἰ ψυμένης ἡμέρας, b
ἐξῆλθε οἱησόνες, b καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἐρημοντόπον, b καὶ
προσηκόπετο, καὶ πατεῖσαν αὐτὸν δύσμανον, καὶ οἱ μετ' αὐτῷ,
καὶ εὐροῦσεν αὐτὸν, λέγοντες αὐτῷ ὅτι πάντες ζητοῦσι σε.
καὶ λέγει αὐτοῖς ἀγαμένεις τὰς ἐχομένας καμοτλίς, ἵνα
κακῆν κηρύξῃ, εἰς τέτονδό ἐξεληλυθά. c καὶ οἱ ὄχλοι ἐζή-
τουν αὐτὸν, καὶ ἤλθον ἔως αὐτὸς, καὶ κατέκοντο αὐτὸν, τῷ μὲν
πορευεσθαι ἀπὸ αὐτῶν, οἵτινες πρὸς αὐτὸς ὅτι ηπαῖς εἴ-
πραις πόλεσιν ἐναγγελίσασθαι με δῆ τὸ βασιλεῖα τὸ
Θεός ὅτι εἰς τόπο αὐτὸς απειλήματι.

b Et manè, multa adhuc nocte surgens, c facta die, h
egressus est Jesus, b et abiit in desertum locum, b ibid
orabat. Et proscutus est eum Simon, et qui cum illi
erant. Et cùm invenissent eum, dicunt ei: Omnes te
querunt. Et ait illis: Eamus in proximos vicos, ut ibi
predicem: in hoc enim egressus sum. c Et turba
querebant eum, et venerunt usq; ad eum, et detinebant
illum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Et alii ci-
vitatibus oportet me evangelizare regnum Dei: Nam
in hoc missus sum.

Perioda hujus Historia.

Lucas simpliciter dicit, γενομένης ἡμέρας, (cum
inciperet dies fieri.) Marcus vero circumstan-
tiā temporis accuratius notans inquit: (πρῶτη, ἐν-
νυχον λιαν, manè, multa adhuc nocte.) Usurpatūr au-
tem vulgo ἐννυχον, pro tempore noctis, sicut Va-
rinus annotavit, ηδία τῆς νυκτός. Sed hoc loco sim-
pliciter significat illam partem diluculi, quando
adhuc tenebra noctis, cum albescente ex aurora
cœlo, commixta sunt: ita ut diluculum proprius
sit tenebris noctis, quam luci diei. Et videtur talis
descriptio esse, qualis extat Esa. 21. v. 11. & 12. Cu-
stos qui de nocte? Est manè, & etiam nox. Syrus
reddidit: (in aurora manè preueniens surgere.) Jesus
igitur, cum inciperet dies fieri, hoc est, sicut Marcus
explicat, summo manè, cum adhuc multum
noctis esset, surgens, exiit civitate, priusquam Si-
mon aut aliis quispiam expurgiceretur: Id quod
ex sequentibus colligitur. Aut, summo mane
multa adhuc nocte, surrexit: cum autem inciperet
diescere, exiit solus, nemine in domo sentiente.
Exiit autem civitate, ut fugeret suspicionem affec-
tati applausū & concursus hominum, seu sedi-
tionis popularis: & ne ob præstata beneficia ambi-
tiosus esse videretur: & postremo, quia prævide-
bat, fore, ut à turbis in civitate detineretur. (Abiit)
autem (in locum quendam desertum, &) ibi, sicut Marcus
dicit, (oravit.) Quia circumstantia Evangelista
voluerunt ostendere, qua diligentia & solici-
tudine Christus munus suum obicerit. Venerat
enim, ut esset 1. Doctor. 2. intercessor. 3. Redem-
tor. Et Patrem intercessione ac victima sua pla-
caturus erat: ideo oravit. Quia vero vespere tota
civitas Capernaum ad ipsum congregata fuerat,
& jam intra breve tempus totam Galilæam pera-
gratus erat, in oratione igitur illa, absque du-
bio, 1. gratias egit Patri pro beneficiis, quæ per ipsū
jam coepisset generi humano præstare. 2. Oravit,
ut in illis, qui doctrinam audierant, & miracula vi-
derant, fructus digni per Dei benedictionem se-
querentur. 3. Oravit pro benedictione & suc-
cessu ministerii apud alios etiam: quia totam Ga-
llilæam jām obiturus erat. Ut tamen ferventior
esset oratio, adhibuit externa adminicula tempo-

ris & locideserti, ubi à turba tumultibus libere
esse posset: quia ministerio suo variis hostes oppo-
sitos esse videbat: 1. diabolum. 2. corruptionem,
negligentiam, & securitatem carnis. 3. Scribarum
corruptelas, odia, & persecutions. 4. varia mundi
scandala. Manè igitur & in loco deserto orat,
ne per externa avocamenta oratio interturberetur.
Quod si ipse Filius Dei externa adminicula orationis
non neglexit, multò magis nobis inter tot
mundi strepitus, & vagantium affectuum turbas,
oraturis omnia & impedimentorum avocamen-
ta fugienda sunt, & adhibenda externa adminicula
temporis, loci, gestuum, &c. non quasi ex his
circumstantiis orationi dignitatis aut meriti ali-
quid accedit; sed ut excitetur, accendatur, & a
distractione quasi colligatur Spiritus orationis, ut
cum solo Deo colloquatur. Hujus doctrinæ postea
aliquot exempla habebimus. Christus enim ple-
rumque intentius oraturus tempus noctis, & ce-
cessione, ut solus esset, delegit.

Die igitur facta, cùm Simon surgens Jesum domi suu non inveniret, sine dubio circum cursitan-
do per totam civitatem ipsum, si alicubi esset,
quaesivit. Interea & turbæ, sicut Lucas scribit, con-
venerunt, querentes ipsum. Sed quia in civitate
non inveniebatur, Simon, Andreas, Jacobus, Jo-
annes, quia recens vocati fuerant, ut sequerentur
ipsum, vel cum dolore cogitarent, se reos esse de-
fensionis: vel timuerunt, ne forsitan quam indi-
gni à societate Christi repudiati essent. Statuerunt
itaque extra civitatem ipsum quærere. Marcus
utitur verbo κατεδάκειν, quod militare est, quan-
do quis hostem fugientem ita insequitur, ut omnia
vestigia lustret, ne fuga elabatur, sed comprehen-
datur. Ardorem igitur & diligentiam investigatio-
nis in discipulis, & quod non statim ipsum inver-
nerint, Evangelista hoc verbo significare voluit.
Postea turbas etiam, ad quærendum ipsum, por-
tis effusas fuisse, Lucas scribit. Simon igitur cum
suis, ubi Jesum post diligentem inquisitionem
in loco deserto invenissent, nunciārunt ipso de
turba insequenti: (Omnes, inquiunt, quaruntur.) Inter-

Interea ipsa turbæ pervenerunt usque ad locum illum, ubi Iesus erat, & detinuerunt eum, ne discederet ab ipsis. Lucas enim utitur verbo κατέχειν, quod Græci interpretantur, Gen. 24. vers. 56. usurparunt, ubi servus Abrahæ, petentibus moram aliquot dierum, respondet πολλα κατέχετε me. Discipuli vero, cum dicunt: (Omnis querunt te,) significant, quæcumque esse, ut apud illos, in quibus initia doctrinæ Evangelicæ excitaverat, & desiderium discendi, maneat, & plenius ipsis instituat. Item, propter frequentiam populi cummodius, & ad conciliandam veritatem, auctoritatem & dignitatem utilius esse, ut in metropoli maneat. Et haec sane rationes alium quæmpiam doctorem meritò retinuissent. Sed Christus respondet ex ratione sua vocationis: (Exiui,) inquit, sicut Marcus loquitur, scilicet à Patre, Joh. 16. vers. 27. (επιμήσυ) scilicet à Patre cœlesti in mundum, sicut Lucas verba recitat: non ut docendo in una aliqua civitate hæream, sed ut omnes civitates Israël brevi ministerio mei curriculo peragrem, & ubique per totam terram promissionis semen Evangelii spargam, non tantum in magna frequentia & claris civitatibus, verum etiam in vicis obscurioribus & ignobilioribus. Non enim est apud eum acceptio personarum, Rom. 2. vers. 11. sed humilia eligit, 1. Cor. 1. v. 27. Ne verò Doctores & Pastores, quos Paulus, Ephes. 4. v. 11. ab Apostolis & Evangelistis distinguit, occasionem circumcurrenti hinc sumant: Christus vocationem & missionem allegat. Et quia in civitatibus totius illius terræ evangelizare debebat, ideo sufficiebat ipse in singulis locis fundamentum jecisse, & animos expergefescisse, ut post passionem & resurrectionem suam, ad clariorem Evangelii divulgationem accipiedam, parati essent. Ita enim predictum erat, Psalm. 22. v. 23. & seq. Ela. 5. v. 11. Et Christus sècè dicens suis edicit, ne illa, quæ potissima sunt Evangelii mysteria, evulgent, priusquam Filius hominis ingressus fuerit gloriam suam. Cumque Capernaitæ magis miracula quærerent quam doctrinam, Joh. 6. v. 30. ideo Christus respondet de Evangelio regni Dei.

Observanda verò est & hæc Grammatica. Lucas vocat ωλεῖς: Marcus καροπόλεις. Cujus vocabuli compositio significat loca, quæ vicis majora sunt, & tamē minoria, quānū ut oppida dici mereantur: sicut municipia appellantur, quæ diccas, rusticana, pagana seu villaria oppida. Varinus inquit: καρη εἶται τὰς ἀνάποδας οὐκέται, εἴτε πόλεως καὶ μεγάλων. Hesiodes interpres inquit: καρη εἰς ή πόλις, αἱ ή μεγάλων ἀρχαί. Et Josephus deBello lib. 5. cap. 2. scribit, in Galilæa esse πόλεις ποντικαὶ civitates crebras, τὰς καραῖς ταῦθεν πανταχοῦ πολυάρχους, & ubique multitudinem vicorum populofam, ut quæ minima sit vel civitas, vel villa, supra quindecim millia colonorum habebat. Sed ex collatione lingue Ebraicæ facilius & rectius intelligi potest, quid Marcus velit. Nam. 1. Reg. 6. v. 18. nominantur urbes munitæ seu muratae, & villæ non munitæ, quæ Græci reddiderunt καραῖς 1. Par. 18. v. 1. 2. Par. 13. v. 19. & 28. v. 18. Illustris verò locus extat, 1. Par. 27. 25. ubi distinctè quatuor ponuntur vocabula: oppidi, vici, castelli & agri: quæ secundum magis & minus gradatim differre, non est dubium. Cumque inter vicos hac ^{scilicet} differentia, quod alii aliis maiores sunt, qui ad urbium ferme magnitudinem accedunt: hanc differentiam, Marcus nova hac compositione, cùm vocat καροπόλεις, significare voluit. Syrus sicut & vetus interpres destinatè legunt, vicos & civitates. Et Νίρη significat vel civitates, vel vicos, hoc est civitates minores; Μαρινάτα significat urbes magnas, & civitates metropoles. Erant igitur, sicut ex hoc loco Marci colligitur, synagogæ non tantum in majoribus seu munitis civitatibus, verum etiam in vicis amplioribus. Castella verò seu agri, sicut Marci 5. v. 14. vocantur, hoc est, minores vici, non habuerunt peculiares synagogas, sed conferebant se in proximas five civitates, five vicos. Et quia Christus hanc professionem instituebat, ut in synagogis doceret, ideo Lucas nominat μίλεις, & Marcus καροπόλεις. Ibi enim synagogæ erant. Hæc observatio vocabulorum non injuncta est.

CAPUT XLI.

CONTINENS HISTORIAM DE PERAGRATIONE

CHRISTI PER TOTAM GALILÆAM,

MATTH. 4. MARC. 1. LUC. 4.

RATIO ORDINIS.

PERAGRATIO Christi per totam Galilæam describitur Matth. 4. v. 23. de-scribitur etiam Marc. 1. v. 39. Et non esse duas distinctas peragrations, cùm necesse sit, ponere utramque post initium secundi anni, ante Pascha factam, in generali coniunctione, post caput Harmoniaæ 36. posita ostendimus. Quia enim, sicut Josephus scribit, Galilæa habuit civitates πολιτείαι, frequentes, crebras seu densas, & ubique magnam vicorum populofissimorum multitudinem, & Christus totam Galilæam ita peragravit, ut in synagogis ipsorum, in quibus Sabbatis convenie-

Harm. Tom. I.

bant, doceret: & ab initio secundi anni usque ad Pascha, propter interjectas alias multas & varias historias, peragrationibus istis vix duo menses tribui possunt: ratio igitur Topographia & Chronologia non admittit, ut in Harmonia ponatur, Christum tam brevi temporis spatio bis totam Galilæam, Sabbatis in synagogis eorum docendo, peragrasse. Nec dici potest, peragrationem, quæ Matth. 4. v. 23. describitur, præcessisse seu priorē fuisse, quam postea subsecuta sit altera seu secunda peragratio, Marc. 1. v. 39. Tunc enim Christum primò totam Galilæam docendo peragrasse, quando Marcus illud describit, textus non obscu-

Ee re